

Du achtar ingens Stånd/ som städze Dagg behager/
 Du äst en Stöbrefred/ ärskillier mongen Wån/
 Ah hade Wiffhet/ Mact/ at twinga Dödsens styrke/
 Wij hade en behof nu klaga öfwer Nöd/
 Wenn efter Adams Fall görs våra Sahlar mörke/
 Så alt hwad Ljfwet har/ det ändas wid tig Död/
 Gack hån du Skade-hiält/ och hålt man up at klandra/
 Du kanst en taga mer/ än det som Dödligt war/
 Wenn GUSTAF ADOLPHS Lof kan du doch en förändra
 Så länge Menniskior Förstånd och Wetet har/
 Hans Greflig Att och Stånd war Förstlig sammanbunden
 Medh oförljkligt Weet/ som pydde Hans Gestalt/
 Så nästan ingen fang/ som denne Förmon sunnen/
 Kort sagt: Hans Wiffheet war ett skönt Begrep af alt.

Ödmjukast och hörsamst sammanskrifwet

Af

ANDREAS BEHN.



On the 1st of August 1781
 I received from your
 Excellency the
 honor of your
 letter of the 28th
 inst. in relation
 to the
 petition of
 the
 said
 petitioners
 and in answer
 to the same
 I have the
 honor to inform
 you that the
 same has been
 referred to the
 committee
 appointed for
 that purpose
 and that they
 will report
 to the next
 session of
 the
 assembly
 on the
 1st of
 October
 next.



I am, Sir,
 with great
 respect,
 your
 obedient
 servant,
 J. B.

AD
MAUSOLEUM

ILLUSTRISSIMI ATQUE CELSISSIMI
DOMINI

GUSTAVI
ADOLPHI

COMITIS

DE LA GARDIE,

S.^Æ R.^Æ M.^{TIS} CONSILIARII ET SENATORIS

MAGNI, SUPREMI JUDICII REGII HOLMENSIS PRÆSIDI,
ET REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS CANCELLARII
EMINENTISSIMI, OPTIMI,

HEROIS

<i>Natalibus</i>	<i>Splendidissimi,</i>
<i>Animi dotibus</i>	<i>Portentosi,</i>
<i>Corporis dignitate</i>	<i>Venerabilis,</i>
<i>Eruditionis gloria</i>	<i>Incomparabilis,</i>
<i>Munerum magnitudine</i>	<i>Maximi,</i>
<i>Matrimonio</i>	<i>Felicissimi,</i>
<i>Obitu tandem</i>	<i>Beatissimi,</i>

LAUDES CUM LACRYMIS.

DIXIT PANEGYRICUM,

IN ACADEMIA ABOENSI d. 30. Octob. Ann. 1695.

LAURENTIUS BRAUN

Med. Doct. & Prof. Ord.

Impr. apud JOHANNEM LAURENTII WALLIUM, A. T.

*ILLUSTRISSIMÆ, CELSISSIMÆQUE COMITI
ET DOMINÆ,*

**ELISABETHÆ
OXENSTIERNA,**

ILLUSTRISSIMI, CELSISSIMIQUE DOMINI,

**DN. GUSTAVI ADOLPHI
COMITIS**

DE LA GARDIE,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS Consilarii, &c. &c.

CONJUGI,

DOMINÆ MEÆ GRATIOSISSIMÆ.

OPELLAM HANC
MEMORIÆ GUSTAVIANO-DELAGARDIACÆ
ÆTERNUM SACRAM
CUM OMNIS FELICITATIS
SOLIDÆQUE CONSOLATIONIS VOTO DEVOTISSIMO,

Humilimè Dedicat & Offert

AUCTOR.

REGIÆ ACADEMIÆ ABOENSIS h. t. RECTOR,
JOHANNES FLACHSENIUS,
S. S. THEOLOGIÆ DOCTOR & PROFESSOR ORDINARIUS,
PATRONIS LITERARUM OPTIMIS,
PATRIBUS CIVIBUSQUE ACADEMICIS,
S. D. P.



Athetra heic loci Academica, quemadmodum ante octennium serico, purpura & auro explenduit, provocans excitansque membra Universitatis singula, in adplausus publicos, in gratulantium symbola & exultantium gaudia, Eloquentiæ Professore tunc temporis perorante & panegyristam agente, quippe tunc vacanti Cancellariatus Academici functioni, Regio diplomate clementer susceptum fuisse, Excellentissimum illum Heroa & meritorum gloria immortalem, Illustrissimum Comitem, **DN. GUSTAVUM ADOLPHUM DELAGARDIE,** Senatorem Regis Eminentissimum & Parlamenti Regii quod Holmiæ est, Præsidem longè æqvissimum, ex voto pensit; quasi Ejus, veluti ad res gerendas maximas nati, sapienti directione, auctoritate gravi, prudentiæque plusquam humanæ actibus, salutem Academiæ adversus malevolorum insultus servatam, & Facultatum omnium conamina, studiorum incrementis aucta fore, non falsò conjectasset: ita eadem, exutis proh dolor! pristinis ornamentis, satis ita volentibus, tota ad mœstitiam parata & amicta lugubribus, luctus ciet & gratantium voces in tristes convertit elegos; imo ore Artis Medicæ Doctoris & Professoris **LAURENTII BRAUN,** de cetero facundo, nunc autem ad tristitiam composito Eundem Heroa, illum sapientiæ Atlantem, Cancellarium benignissimum, opinione citius abiisse ad plures, personat gemebunda & anxie deplorat. Sic cessarunt eheu! res grandes in usum Regis & patriæ gestæ, conticescunt eloquia,
confi-

consilia, judicia, disertá, salutaria, ponderosa: desiderantur non sine lacrymis, in illustri, at viduato toro, amplexus svaves, colloquia jucunda, mutui signa amoris. Solatio autem sit, gradium in terris actorum famam vivere perennem, virtutis gloriam latè celebrari & maxima in Rempublicam merita in aula Regis, in summis Collegiis, in orbe erudito nunquam obliterari. Solatio sit, ea cita sed beata morte, evasisse mundi illecebras, carnis prælia, ultimi temporis mala quæcunque & difficultates. Solatio deniq; sit, mortem, tam pii Herois somnum duntaxat esse: corpus in quiete expectare Salvatoris adventum, animamque sanctam ministerio Angelorum in Collegia cœlestia, in sinum Abrahamæ, in Thronum Christi, deportari, & id possidere quod devotè suspiramus omnes. Dum vero piis, magni hujus Acad. hactenus Cancellarii manibus, superius cum laude nominatus O. rator, die futura Mercurii i. e. 30 hujus mensis h. 8, in Auditorio maximo, publico nomine parentare constituit, idem ego qui summos Musarum Patronos, Urbis honoratiores accolos, Patres Civesque Academicos, ante octennium ad Orationem gratulatoriam officiosè convocavi, nunc Eosdem eorumque Successores, eâ qua par est observantia, ad Ejusdem Herois exequialem audiendam mœstus invito. Singuli hoc modo debita iusta mecum perloluturi, imo Viduam Illustrissimam Dn. Comitissam **ELIZABETAM Orenstierna**/ hoc flebili casu valde consternatam, vel hoc parato solamine, ex hac provincia consolatur. Perscr. sub sigillo Academico 27 Octobris, Anno reparatæ salutis 1695.



Nondum res nostræ, mille inter alia
adversa, satis concussæ, nondum
salus nostra satis jactata, vel spes
nostræ satis fuere delusæ, cum

ILLUSTRISSIMUM EXCELLENTISSIMUMq̄ HEROA ac DOMINUM;

DN. GUSTAVUM ADOL-

PHUM, COMITEM DELAGARDIE,

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS CONSILIARIUM ET SENATOREM
MAGNUM, SUPREMI PARLAMENTI REGII HOLMENSIS PRÆSI-
DEM, ET REGIÆ HUIUS ACADEMIÆ ABOENSIS CANCELLARIUM

MAGNIFICENTISSIMUM consortio nostro non ita

dudum eripuerè, diemque ultimum clau-

dere durissima & inexorabilia jussere fata.

Scilicet hoc unum rebus nostris afflictis

deerat, id nobis restabat infortunium,

ut & hoc Themidis Mysta, hoc Musarum

Apolline, hoc Doctorum Oraculo or-

batos nos videremus. Triste certè & acer-

bum vulnus, atrox & pestiferum! Triste, in-

quam, Regi, luctuosum Patriæ, pestiferum

A

Aca

Academiae nostrae. Non diu est, quod nobis
de tanto Mæcenate invicem gratulaba-
mur, nec diu est quod quotidie tam cle-
mentis Cancellarii ingentia experti sumus
beneficia, non nisi diuturnam & perpe-
tuam hanc felicitatem reputantes; Sed

O vanas hominum mentes! O pectora caeca!

dum in hisce nobis adblandimur, dum
pulpita nostra exsultant, dum omnes
de tanto Assertore gaudent, ecce ex im-
provviso & inexpectato spes bonorum
& Patriae Decus unius occasu, unius
concidit fato. Hoc ergo merito omnes
dolemus, hoc jure inter infelicia nostra
summa putamus. Nam ut corpus hu-
manum tum demum sauciatur miserè,
cum illi pars aliqua nobilis divellitur:
Sic Patria hæc nostra tanti Heröis ex-
cessu horrida penitus ac flebili plaga est
vulnerata. Cum verò jactura hæc nullo
luctu

luctu, nullo gemitu, nullo ploratu reparari queat & refarciri, optimo jure B. Herois nostri famam posthumam sanctè cohonestamus, & id efficimus, quod fata nobis reliquerunt. Est illud eminentium virtutum laudis, decoris, gloriæ repræsentatio. Hanc Patriæ, hanc Germaniæ, hanc orbi universo iovit commendatum. Ad hanc etiamnum invitat, non tubis & tympanis, sed vi quadam excelsa inclytæ & rarissimæ suæ virtutis cujus scintillæ generosa adhuc pectora veluti viva quædam flamma pererrant. Eadem agitant, eadem irritant non ad fletum effæminatum, nec ad ignavum ejulatum, sed ad fidem Regi, ad defensionem Patriæ præstandam, ad omnis denique præclari magnique facinoris gloriam invadendam. Hæ sunt veræ illæ magnorum virorum reliquiæ, quas gene-
ne.

nerosis animabus fata eripere non possunt: Tum demum enim illæ vivere incipiunt, cum cætera morte dissolvuntur: tum illæ efflorescunt, cum corpus putredine evanuit, idque non in regnis duntaxat coelestibus, sed & in ore & virtute posteritatis, in memoriis temporum, in fama ac velut stupore gentium & populorum. Hinc est quod adeo magni semper habitum fuerit à majoribus nostris, veras defunctorum laudes non occultari, ut magnorum præclare facta, postquam mortali hac statione decederent, in publico, hic pro rostris & coram concione, illic in circulis & mensis celebrarentur. Cum itaque de B. nostro Heroe filere ipsa prohibeat pietas humanitasque, nec decretum eorum, quibus non parere mihi semper est religio, permittat, paucula quædam, eaque bre-

brevissimo temporis spatio lecta, dicere
constitui: Nam omnia, quæ in illo lau-
dari & extolli deberent, velle hic re-
censere, nec otii ratio patitur, nec tri-
stitia, quæ maximum etiam in dicendo
oratorem vel in illo opere confundere,
vel ab illo excusare posset. Quod autem
ego, alius longe muneris ac stationis
quam oratorii, vastissimo meritorum B.
Herois campo me committere ausim,
non facundiæ aliqua confidentia, vel
vana facit ambitio, sed pia maxime de-
votio & submissa veneratio, nec mihi
quicquam ex eo, nisi devotissimi clien-
tuli obsequium volo assertum. Quocirca
non veritus, ne non venerabunda hæc
excellentiſſimarum B. Herois virtutum
collustratio mea veniam apud vos
A. O. mereatur, opus ipsum aggredior,
patientiamque vestram in audiendo, &
æqvitatem in iudicando imploro.

B

Bea,

Beatus Heros Celsissimus Comes
GUSTAVUS ADOLPHUS
DELAGARDIE, in quo tanquam
in pulcerrima imagine depictum extat
quicquid ingentem ac illustrem Virum
unquam adornare possit, patriam habuit
non luxuriosam Græciam, non super-
bum Latium, nec mollem Hispaniam,
sed ipsam veterum Thulen & Atlanti-
cam, hoc est, Sveciam nostram ca-
rissimam, de qua jure dicitur:

----- *Quodcunque vetustum*

Gentibus in reliquis, vel narrat fama vel audent

Fabula, longævis vel credunt secula fastis

Huc compone, novum est.

Hanc æque nos commodè Heroum
thecam dixerimus, ac non nemo vagi-
nam nationum appellavit. Ut enim hinc
egressi olim sunt infinita hominum mil-
lia cum Longobardis, Hunnis ac Ru-
giis, partim devicto, partim in foedus ac-

ce-

Beatus Heros Celsissimus Comes
GUSTAVUS ADOLPHUS
DELAGARDIE, in quo tanquam
in pulcerrima imagine depictum extat
quicquid ingentem ac illustrem Virum
unquam adornare possit, patriam habuit
non luxuriosam Græciam, non super-
bum Latium, nec mollem Hispaniam,
sed ipsam veterum Thulen & Atlanti-
cam, hoc est, Sveciam nostram ca-
rissimam, de qua jure dicitur:

----- *Quodcunque vetustum*

Gentibus in reliquis, vel narrat fama vel audent

Fabula, longævis vel credunt secula fastis

Huc compone, novum est.

Hanc æque nos commodè Heroum
thecam dixerimus, ac non nemo vagi-
nam nationum appellavit. Ut enim hinc
egressi olim sunt infinita hominum mil-
lia cum Longobardis, Hunnis ac Ru-
giis, partim devicto, partim in foedus ac-
ce-

cepto hoste, sic etiam omni deinde tem-
pore feracissima fuit patria hæcce vi-
rorum Arte & Marte magnorum. Adeo
ut si apud antiquos non minimi in-
terfuit Græcus ne aliquis an Barbarus,
Spartiata an Thebanus esset, merito in
laudibus B. Heröis ponendum fit, quod
patriam nactus sit tam celebrem, &
quæ non minimum lumen tam ex-
celso animo addere potuit. Durum
quidem est, quod haurimus, coelum, du-
raqve, quam trahimus aura, quippe
quæ frigore suo stagna, rivos, lacus,
flumina & ipsum quandoque Oceanum,
quibus patria hæc nostra vel cingitur,
vel irrigatur, vel dividitur, constringit;
pariterque etiam corpora nostra indurat;
tantum tamen abest, ut spiritus nostros
animales, proxima sapientiæ, prudentiæ,
& fortitudinis organa plus justo figat,
tor

torpidioresque quam aliarum gentium reddat, ut etiam multos ex nostris illorum vivacissimos fortissimosque longe superasse, multisque parasangis post se reliquisse constet: Quo durior enim chalybs, eò fortior inde elicitur ignis: quo compactius ferrum, eò melius scindit & penetrat. Quantâ vero pollebat antiquitas Sveogothica sapientiâ, variarumque rerum scientia, loqvuntur eorum temporum scaldæ, quantâ denique bellica virtute, plus satis testantur annales. Nec enim parum est, quod Alexander Magnus gentis indomitæ congressum declinasse, Pyrrhus Epirota exhorruisse, Julius Cæsar detrectasse crediti sint. Hujus terræ alumnus hic noster! In hac bellorum officina, in hac Artium & scientiarum palæstra natus est ipse B. Heros: In hac ipsi majores ejus primum claruerunt, dein

deinde per generosos traduces ad He-
röa usque nostrum multa annorum serie
vigorem spirituum propagarunt, artus-
que heroicos, animo ingenti par domi-
cilium, dederunt. Qvos omnes ita
ille est imitatus, ut qui nascendi ordine
profatoribus esset minor, fortibus actis,
laude & gloria par evaderet universis.
Parens & genitor B. fuit Heröi celsissimus
dum viveret & illustrissimus Comes ac
Dominus, Dominus **MAGNUS**
GABRIEL DELAGARDIE,
Regius Drotzetus, & justitiæ per univer-
sam Sueciam, Finlandiam illisque adja-
centes provincias Director generalis,
Regiæq; Academiæ Upsalensis Cancellar-
ius longè eminentissimus. Mater vero se-
renissima Princeps & Comes Palatina,
Domina **MARIA EUPHROSINA.**
Et quamvis non multum in eo situm
C esse

esse videatur, quo quis genere primitus
descenderit:

Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,

Vix ea nostraputo ----

Omnesque (quæ summa esse mortali-
um dignitas debet) DEI quoddam ge-
nus sumus, utpote ad imaginem ejus
facti, DEUM ipsum menti nostræ im-
pressum nobiscum circumferentes; id
tamen non obest, quo minus unus ho-
mo alteri tantundem ex origine præstet,
quantum lolio triticum, ut ut primitus ab
eadem origine descendisse videantur. Imò
ut in plantis multum refert quo semine
primum, maturo ne an immaturo, suc-
culento an exsucco enatæ fuerint, ita
quoque in hominibus non parum inte-
rest, quo quis genere, quæ familiâ fuerit
prognatus: ut plurimum enim

Gene-

Generosa in ortus semina exsurgunt suos,

Estque in juveneis, est in equis

Patrum virtus, nec imbellem feroces,

Progenerant aquila columbam.

Si quæ autem familia tum à vetustate,
tum à celsitudine, tum à præclare gestis
unquam commendata fuerit, vel comen-
detur, ea certè est DELAGARDIACA
Nostra: Hanc à multis retró seculis no-
runt & celebrant Galli, hanc vel inviti
laudant Poloni: hujus victrices dextras
vix credo adhuc memoriæ evulsere,
quorum fulmen fuit & terror, Moschi.
Hisce natalibus dignus B. Heros: hoc fi-
lio digni parentes, qui paterna etiam
munia, quasi cum sanguine hereditaria
essent, in se postmodum traheret, eaque
laudabiliter ad spem omnium & pro-
prium votum obiret. Nec mora fuit, præ-
parante ad hæc instrumenta naturâ, cum
sefe exerere secuturæ magnitudinis in-
dici-

dicia cæperunt. Celsissimus enim pariter ac sapientissimus parens excellæ suæ originis memor, igneum divinumque, si quod unquam fuit, filioli sui ingenium illis statim erudiendum exercendumque tradidit, qui quâ familiâ esset oriundus, probe gnari, ea illi instillarent præcepta, quæ dignum redderent proavis nepotem. Hisce itaque ducibus primum vitæ stadium per honestarum liberaliumque artium cultum transegit. Quarum tanto flagrabat ardore, ut quod tempus alii ludis ludicrisve impendunt, hic feriis omne consecrarit: idque tanto lubentius, quanto ipsi fuit facilius omnia complecti, penetrare inque succum, quod dicitur, & sanguinem verte-
re. Quod de Tito Pomponio Attico Cornelius Nepos, id ego majori jure de B. Heroe hic affirmavero, quod non
fo-